

Jacob Burgmann

**Rector Academiae Rostochiensis M. Jacobus Burgman[n] Græc. Lit. P.P. ...
Publico hoc Programmate Ad Exeqvias ... Virginis Elisabethae Lembken/ Filiæ ...
Dn. Hermannii Lembken/ Jcti ... Qvas constituta in summo luctu Mater superstes
Filiæ ad omnes Ipsius nutus qvondam paratissimæ hodie paratas cupit O. O.
Cives Academicos ... invitat : [P. P. Sub Rectoratus Academici Sigillo ... IX.
Aprilis, A. R. S. MDCCVI.]**


Rostochi[i]: Wepling, [1706]


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766690741>

Druck Freier  Zugang



Burgmann, J.
in
E. Lembke.
Rostock, 1706.





RECTOR

ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS

M. JACOBUS Burgmann

Græc. Lit. P. & ad D. Nic. Ecclesiastes



PRO hoc PROGRAMMATE

Ad Exequias

*Annig. Virtutum sui sexus apparatu
Ornatissima VIRGINIS*

ELISABETHÆ

WEMBRËN /

FILIÆ, nunc Consortis Cœlestis

*VIRI Præ-Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi,
& Excellentissimi,*

DN. HERMANNI WEMBRËN /

Jcti, Antecessoris Academiæ Senioris

Facultatis suæ, & Reipubl. Rostochiensis Syndici,

dum viveret, Gravissimi Celeberrimi,

Civis jam Cœlestis Beatissimi,

Qvas constituta in summo luctu MATER

superstes FILIÆ ad omnes Ipsius nutus quondam pa-
ratissimæ hodie paratas cupit

O. O. Cives Academicos officiosè & peraman-
ter invitat.



ROSTOCH, TYPIS JOH. WEPPLINGI, SEREN. PRINC.

ET ACAD. Typogr.



Nihil aliud humanæ vitæ spatium esse videtur, quam cursus ad mortem. Ex quo enim quisque nostrum in corpore suo mortali vivere coepit, nunquam in eo non agitur, ut mors veniat. Hoc enim agit Mortalitas toto tempore vitæ, si tamen Vita dicenda est, ut morte tandem

abripiamur. Festinant ad mortem omnia vitæ momenta, quibus ipsi demitur, quicquid accrescere videtur. Quid est enim vitæ spatium produxisse, quam ad mortem gradum promovisse? Itaque quam diu hac luce utimur, vivere quidem videmur, sed verius assidue morimur, aut saltem vitam verbo retinemus, reipsâ amissimus. *Theophrastus* Philosophus jam moribundus interrogatus, nunquid mandare vellet? Respondit teste *Laërtio*, nihil quidem quod imperaret, se habere, nisi quod multa dulcia, gloriæ obtentu, vita mentiatur, nos verò, cum vivere incipimus, tum mori & nihil inanius esse amore gloriæ. Sicuti enim nemo miratur liquefactum, quod liquefcere; sectum, quod secari; exustum, quod comburi potuit: ita mirandum non est, mortuum esse, qui erat mortalis. *Anaxagoras* cum in exilio agenti nuntiata esset mors filiorum: Sciebam, inquit, me genuisse mortales. *Periclem* narrant historiæ intra quadriduum duobus filiis eximia indolis adolescentibus esse orbatum, qui usque è fortis & constans in luctu fuit, ut nihil prorsus de pristino habitu cultuque deminuerit, sed eundem, quem antea, in concionibus habendis morem ritumque servavit, nec unquam coronam è capite deposuerit, de quo traditum est, nihil eum putavisse indignius futurum quam si aliquod tractu animi signum mœroris causâ muliebri more edidisset. Sed non omnibus neque Christianis datum est vim naturæ interre, animique dolorem sem

semper & ubiq; dissimulare. Grave est Liberis amittere
 Parentes, sed gravius Parentibus amittere liberos, quos
 sincerè amant, quosq; in partem felicitatis suæ venire
 cupiunt, ac diu superesse optant, cum ad familiæ præsi-
 dium, tum ad Vitæ oblectamentum. Quæ spes si Ge-
 nitores frustrata fuerit, nihil jam restare videtur, quod
 addi possit ad hanc miseriam, quam sustinent, quum
 domestica funera prosequuntur. Grandis ætas per se
 molesta curisq; plena est, sed ea tanto fit molestior, quan-
 to major acerbitatis querimonia accedit. Adversi ca-
 sus perturbant sæpe animos, repentinoq; dolore affligunt
 fortissimos; sed ubi orbitas domui, vastitasq; familiæ
 imminet, deprimunt quoq; Sapientes, quavisq; proster-
 nunt. Eò difficilior luctus levatio erit, quò gravior est
 clades ejus generis, quod in magno dignitatis gradu po-
 situm est, suisq;ve meritis noscitur & celebratur. Non
 equidem commovebo dolorem refricando vulnus, quod
 sanare constitui, ut Matronæ ad decus constantiamque
 sexus ante omnes alias excitatæ faciam satis. Solabor,
 & quoad possum, à mœrore recreabo Matrem omni Vir-
 tutum suo sexu dignissimarum genere atq; decore orna-
 tissimam ELISABETHAM SCHNITTLERIAM,
 VIRI Consultissimi Amplissimi & Excellentissimi DN.
 HERMANNI LEMBKENII, U. J. D. & Antecessoris
 in hac Universitate quondam celeberrimi, Facultatis suæ
 Senioris, & Reipubl. hujus Syndici Gravissimi, Meritissi-
 mi, nunc inter Cœlites Triumphatoris beatissimi Vidu-
 am non ab uno funere mœstissimam. Nondum enim
 præterit memoriam acerbissimus luctus, quem ex obi-
 tu desideratissimi Filii (S. T.) DN. JACOBI LEMB-
 KENII, J. Cti & Antecessoris Academiae, nec non Con-
 sulis Reipubl. Rostochiensis Celeberrimi, Viri ad magna
 nati, sed pro dolor! in optimo ætatis flore Anno 1693. d.
 30. Februarii placidissimè denati, Mater cum urbe & or-
 be hoc literato conceperat. Hæc ipsa Mater denuò Fi-
 liam

) (

liam

liam cultu ornamentisque nobilissimam ELISABETHAM nomine & omine Matris conspicuam cum lacrymis reposcit, vicemque gentis prolisque suae prope ad orbitatem redactae multum & merito dollet. Quam Filiam suam desideratissimam in hac metropoli A. LXimo seculi elapsi in lucem protulit, ac sacris fontibus intinctam sollicitè enutrivit, omnique operâ studioque ab ineunte ætate ad omnes virtutes erudiendam egregiè & singulariter educavit. Plurimum temporis in hac tam piâ exercitatione consumptum est, ut sanctimoniâ præcipuè in bonis numeraret, hocque semper cogitaret & ageret, quod Deo & Parentibus gratum acceptumque esset. Patrem habuit Virum supra sed nunquam tatis laudatum Nobilissimum, Amplissimum, Consultissimum & Excellentissimum DN. HERMANNUM LEMBKENIUM, JCtum, Antecessorem suæque Facultatis Seniore Fulgidissimum, huiusque Reipubl. Syndicum Meritissimum, tantamque famam adeptum, quam nulla temporum oblivio delere potest. Majorum laudes Optima Virgo nostra per omnem ætatem recoluit & amplexa est, idque his debere voluit, ut cum ipsos, tum imprimis Avos & Proavos ab utroque Parente ascendentes grata recordatione prosequeretur. Omnes enim suae Familiæ splendorem & Decus compararunt, quæ in omnium ore sunt & monumentis etiam posteritati traditis ab oblivione vindicantur. Avus Paternus erat VIR Amplissimus, Prudentissimus & ob accuratas Vitæ rationes Integerrimus JACOBUS Lembke/Senator & Camerarius huius inclytæ Urbis Gravissimus. Avia paterni Stemmatis erat Matrona Honestissima nunc Beatissima ANNA GRIBNIZIA, HENRICI GRIBNIZII, Primarii Civis & Mercatoris huius Urbis quondam laudatissimi Filia, Pro-Avus Paternus exiit HERMANNUS Lembke/Senatorii Ordinis huius Urbis Decus fulgidissimum. Pro Avia Paternæ lineæ MARGARETA BEHRMANNIA exspectatissima BEHRMANNIORUM adhuc hodie inter nos florentium familia oriunda. Abavus Paternus celebratur

No-


Nobilissimus & Amplissimus Dn. JACOBUS *Schmitt*/ Consul hujus Rei-
 publ. quondam florentissima Meritissimus. Ab avia Paterna fuit THA-
 LIA BESELINIA, ex antiquissima BESELINORUM in hunc & faxit
 DEUS! seros usque dies superstitum profapia originem ducens. Tan-
 ta Patrum gloria felix nostra Beata VIRGO fuit, sed infelicior facta,
 quod Dn. Parentem in prima Juventute XXXII. retro annis Ao. 1674.
 mense Martio pramaturam morte in hac vita amiserit. Hactenus Pa-
 tris locum supplevit fidelissima MATER, sed moestissima Vidua ELI-
 SABETHA SCHNITTLERIA, cujus quoque Majores nonnullos omni
 nostra laude majores heic recensere attinet, quibus fulget honor &
 splendor beatissima nostra Virginis. Avus enim Maternae Profapia
 fuit JOHANNES *Schmitt*/ magna exultatione famaque; Civis Ro-
 stochiensis, Sedecim Vir, & Antistes ad D. Mariae dexterimus. Avia
 Maternae stirpis erat ELISABETHA *Güster*/ Viri Amplissimi DN.
 HENRICI *Güster* Senatoris & Camerarii quondam Rostochiensis
 Filia. Pro avus Maternus fuit DN. JOHANNES *Schmitt*/ Consul
 Oppidi *Sangesbade* in Colonienfi Dicecesi Gravissimus. Proavia Ma-
 terna laudata fuit GERTRUDIS KORBES. Tanta Virtutum serie
 nostra numeratur Virgo, quae Majorum imagines intuens pia, & ob-
 patiensque fuit. Haec tria monumenta Pietatis, Probitatis & Patien-
 tiae nunquam intermoritura reliquit. Pietatis Cultus apud optimam
 Virginem ELISABETHAM LEMBKENIANAM, tam serius, tam ac-
 curatus & assiduus fuit, ut si typum quendam & exemplar Pietatis
 dixeris, nihil a vero alienum dixeris. In sacri Codicis aliorumque ad
 pietatem compositorum librorum lectione assidua fuit, nec ab ullo
 opere aegrius quam ab hoc ipso avelli potuit. Tanta Divinum hoc
 peccus sapientiae divinae invaserat fames, ut sacrarum meditationum
 epulae horis diurnis nocturnisque largiter ingestae vix impleverint,
 Matrisque saepe Crucem levaverint. Matri non solum, sed dome-
 sticis & quotquot beatam familiariter noverant, notum & exploratum
 est, quam assidue, quoad per infirmitatem corporis licuit, sacra audi-
 erit, quam fideliter audita alto animo insculperit, quam feliciter
 menti inscripta atque insculpta re, factoque expresserit. Haec sunt
 certa illae notae, haec nunquam fallentia indicia, a quibus indubie
 colligere licet, Virginem nostram beatissimam in censum & decuri-
 am eorum, qui non nomine, sed re: non titulo, sed facto Christiani
 sunt, merito esse referendam. Etenim si Oves Christi dicenda;
 quae Vocem Episcopi libenter audiunt, & audita haud seganter obediunt;
 si Filiae Dei censenda; quae Deum ex animo diligunt, ac ejus sermo-
 nem in intimo pectoris studiose servant, et quis dubitare volet, Virgi-
 nem nostram longe esse dignissimam, quae splendidissima *Beatae* Dei
 nomen

nomenclaturâ cohonestetur? Qvippe quæ sacrum illud Dei T.O.M
Verbum lubens audierit, auditum in altum pectus intromiserit, in-
tromissum curiosè servaverit, studiosè deniquè esse servatum ope-
ribus verè Christianis luculenter probaverit. Cum verò publicis
interesse sacris corporis debilitas non amplius permitteret, quod
sæpe suspiriis lacrymisque conquesta fuit, domicilium ipsi templum,
& lectus subsellium fuit, unde de Deo cum Deo ad DEUM sæpe lo-
cuta fuit. In precibus enim ad Deum fundendis, bone Deus! quam
freqvens, quam fervida! Nulla abiit dies, nulla hora, nullum tem-
poris punctum, quò non calidas preces fuderit, labiorum sacrifici-
um pie obtulerit, Deique deniquè cum laudando affectu non memi-
nerit. Cum verò Pietas sine probitate vana, imò nulla sit, ea pro-
pter Virginum pientissima probos purosque mores ac vitam in omni
actione rectam Pietati semper adjunxit. Nam sive ad insigne illud
feminarum ornamentum Castitatem referas, sive decentem & debi-
tum corporis cultum expendas, sive serium Parentum Amorem
pensites, sive Pauperum auxilium aliasque id genus Virtutes hunc sexum
condecens consideres, lucet inter Virgines ELISABETHA LEMBKIA
velut inter ignes luna minores. Castitas sanè Beata nostra ita commendata
ut, an Virginum ulli magis, ingens apud me sit dubitatio. Lasci-
vos pallentesque seculi nostri mores sæpe damnavit, profligata pu-
dicitia veniam esse negavit, priscam morum severitatem revocan-
dam non semel adfirmavit. Ex hac autem puritate & pudicitia,
quam ad finem vitæ servavit, in Cultu Corporis modus aureaque
mediocritas fluxit; Moros enim & morosos earum mores nunquam
æmulata est, quæ usque ab aurora ad serum diei nunquam cessant
levari, fricari, poliri, expoliri, pingi, fingi. Ornatum hone-
stâ Virgine dignum semper amavit, Matrisque mores imitata di-
ves esse quam videri maluit. Matri Viduæ per duos & triginta
annos semper ad latus fuit, operam præstitit, amicam colloquii terram
cum ipsâ identidem reciprocavit. Quæ tanto majori nunc dolo-
re afficitur, quod sola & deserta, imo Turturis instar Ca-
pite Mariti, Fulcro Filii, & Filia ELISABETHÆ Sux contubernio
prorsus orbata sit. Neque Egenos despexit Nostra, sed Lazarum, si
quem vidit & audivit, non sine solatio dimisit. Plura LEMBKIANÆ
Probitatis Specimina recensere vellem, plura deberem, nisi Patic-
tia Virtutum Virgo me avocaret, cui se totam mancipaverat Nostra,
Quæ sciebat in caduco Corpore esse peregrinandum sibi, ideo con-
tra Vitæ hujus tempestates Patientia gloria se firmabat, mediaque
tam spiritualia quam naturalia sedulo adhibebat. Vocatus in partes
sedulo fuit Venerandus DN. HENRICUS BECKERUS, Pastor ad
D,

D. Jacobi meritissimus, Collega Fautorque noster honoratissimus, qui totò animò in DEI cogitatione cultuque defixam reperit sapientiam, cõfirmavit, epuloque sacro recreatam cœlo, in quod tenderet, semper breviqve ante obitum præparavit. Ita evenit, ut XXVII. die Martii à DEO evocata tranquillè de statione mortali decederet, & suis desiderium, ægrois Patientiæ exemplum, ceteris vitæ egregiè laudabiliterqve actæ memoriã relinqueret. Hæc initia, hæc fata Vitæ habuit beatissima Virgo LEMBCKIA, de cujus morbo pariter & excessu Virum Nobilissimum, Experientissimũ & Excellentissimum DN. GEORGIUM DETHARDINGIUM, Doctorem & Professore Medicum, Collegam Honoratissimum nostrum audiamus, qui more suo, hoc est, accuratissimè sequentem relationem communicavit. *Defuncta Virgo LEMBCKIANA per multos annos sustinere coacta fuit, Passionum hypochondriacarum Tyrannidem quæ mirificis illam exercuit modis, nunc obfuscano mentem, nunc corpus prosteruendo, nunc conquassando membra, nunc omnem ferè spiritum exhauriendo. Equidem ad illum morbum prostrandum varia Medicorum consilia sunt, de quorum Experientia assatum ex 101 facinoribus constitit: unum est ad acidulas Pyramontenses, sed sine illa, qua desiderata adeo anxie fuit, morbi medela, quin hic magis magisque sese insinuando, in habitualem traxerit, & remedium spererit efficaciam. Ego, ab illo, quo hic subsisti tempore, in consilium vocatus, quicquid solaminis asferre potui, fuit hujus illiusq; accessorii leura & moderamen. Ex diarrhœa si quando illa blanda erat, aliquod percipere levaminis, subsistere vero illa subito & mali ominis rea induxerunt respirationem difficilem & tandem orthopnoeam, ex qua est, quod fugato somno, viribus exhaustis, malorum finem circa meridiem diei vigesima septima Martii, mors fecerit. Ex qua descriptione brevissimã quidem, sed malorum refertissimã colligere licet, quantam morborum sarcinam depoluerit, quam anxie vitam meliorem cum hac difficillimã commutaverit, quantam miseriam nunc per Dei gratiam vicerit nostra beatissima Virgo. Tu jam, ô Divina Anima! soluta imbecilliorum parte tui de morbo, de mundo, de peccato, imò de morte ipsã triumphas, in dignitatem vindicata tuam immensa aëris spatia pervolas, potiore tui parte superstes in cœlo cum Deo ævum agis, ac in Christi tui amplexibus maximã, cum voluptate hæres, æternumque hærebis. Tuam pietatem posteritas loquetur, probitatem celebrabit, patientiam mirabitur. Nos autem in miseriarum cœno voluari pergamus, donec tecum & cum ipsã æternitate jungamur. Sed dolemus, serioque dolemus vicem mœstissimæ Matris, quæ concatenatâ funerum serie Ipsa funus esse incipit. Quod*

Quod Exequias suis paravit, tot mortes sustinuit ipsa, nec mori contigit. Cogitate mortem Mariti, quem cum lacrymarum imbre efferendum curavit. In memoriam vocate obitum Filii, quem in summo honore & flore constitutum efferendum curavit; Videte Exequias Filiae, quam hodie efferendam curabit. Ipsum pectus mihi multisque commovit series malorum, quæ Vidua hæc LEMBKIA perpessa est. Sed quamvis Medici in vehementi fluxu pituitæ non statim succurrunt pharmacis, sed toris admovent, quod tempore concoquat humorem, ætiam medentur; ita quidem in recenti dolore tacendum, donec tempore mitior factus homo admittat consolationem, id quidem in teneris & inexpertis, sed non in obfirmatis & exercitatis animis verum esse fateor. Nullus dubito, quin medicinam admittat vulnerata Mater, quæ majora passa minora perferet. Filiam amisit, & quid dico? amisit, præmisit! Filiam ægotam, quam æterno Medico curandam & transmutandam tradidit. Filiam, quam Deus dedit, Deus abstulit. Abstulit, non ut auferret, sed meliorem redderet. Amassis ad quendam filio Orbatum dixit: Si non tristatus es, cum nondum esset in mundo, ne nunc quidem dolere debes, cum non amplius sit in mundo. Sed aliud est non habere, aliud habuisse. Habuisse cruciat, si bonum charumque fuit. Tum demum intelligimus bona, cum ea, quæ in potestate habuimus, amisimus. Sed dona sunt, quæ Deus ad certum tempus mutuo dedit, mox reposit. Magna consolatio tribulationum est Autoris nostri dona ad memoriam revocare, inquit Gregorius M. in Moral. Noli itaque Mater mœstissima! mala tua Tibi facere graviora teque querelis enervare. Levis dolor est, si nihil illi opinio adjecerit. Contra si Te exhortari ceperit ac dicere: Nihil aut certe exiguum est, duremus! jam desinet. Levem illum, dum putas, facies. Omnia ex opinione suspensa sunt. Tam miser est quisque, quam credit. Plura sunt, quæ nos terrent, quam quæ nos torquent. Filia Tua cum Patre gaudet, cum Filio triumphat. Filia portum intravit, quem adhuc intrare desideras. Ut felicior est, quem Ventus acrior cito in portum pertulit, quam quem venti segnes & longa tranquillitas lenissimo tædio delassant; ita beator, quem matura mors statim his vitæ malis eximit. Plures jam in cælo gaudent, qui Te gaudii sui consortem cupiunt. Faxit Deus, ut sero, sed aliquando serio dicas: Vale terras salve Cælum! Vos ceteri quoque Cognati date modum tristitiæ, & curas animum defatigantes seponite. Læta mihi potius, quod omnibus exempta malis, quibus Beata nostra divexata fuit, & beatis mentibus nunc adscripta exulter atque tripudiet inter Cælites beatissima. Vos, quæso, CIVES, date honori meritisque illustribus LEMKIORUM tot Consulatum atque Professorum, ut ad Supremam Virgini solvenda frequentissimi convenientis, quod Matri mœrenti solatium, Cognatis beneficium, Vobis mortalitatis & supremi officii documentum erit.

P. P. Sub Rectoratus Academici Sigillo, ipso Exequiarum die
 IX. Aprilis, A. R. S. MDCCVII
 Conventus erit in ÆDE JACOBÆA, Hor. 1. pom.



liam cultu ornamentisque nobilissima
THAM nomine & omine Matris co
lacrymis reposcit, vicemque gentis
prope ad orbitatem redactæ multum
let. Quam Filiam suam desiderat
metropoli A. LXimo seculi elapsi in
lit, ac sacris fontibus intinctam solici
mniq; operâ studiôq; ab ineunte ætat
tutes erudiendam egregiè & singularite
rimum temporis in hac tam piâ exerci
ptum est, ut sanctimoniâ præcipuè in b
hocq; semper cogitaret & ageret, quoc
bus gratum acceptumq; esset. Patres
supra sed nunquam tatis laudatum Nob
plissimum, Consultissimum & Excelle
HERMANNUM LEMBKENIUM, JO
rem suæq; Facultatis Seniore Fulgidu
Reipubl. Syndicum Meritissimum, tan
adeptum, quam nulla temporû oblivio d
jorum laudes Optima Virgo nostra per
recoluit & amplexa est, idque his debet
ipfos, tum imprimis Avos & Proavos al
ascendentes grata recordatione prosequ
enim suæ Familiæ splendorem & Decu
quæ in omnium ore sunt & monument
tati traditis ab oblivione vindicantur.
erat VIR Amplissimus, Prudentissimus
Vitæ rationes Integerrimus JACOBUS
tor & Camerarius hujus inclytæ Urb
Avia paterni Stemmatis erat Matrona Honestissi
ANNA GRIBNIZIA, HENRICI GRIBNIZII, Pr
catoris hujus Urbis quondam laudatissimi Filia,
exiit HERMANNUS Lembe/ Senatorii Ordinis
fulgidissimum. Pro Avia Paternæ lineæ MA
MANNIA expectatissima BEHRMANNIOF
inter nos florentium familia oriunda. Abavus Pa

Copyright 4/1999 XxyMaster GmbH www.xxymaster.com

Verfarbselector Standard - Euroskala Offset

A B C D E F G H I J K L M N O P Q R S T U

Nobilissimus & Amplissimus Dn. JACOBUS Sembrer/ Consu! hujus Rei-
 publ. quondam florentissima Meritissimus. Ab avia Paterna fuit THA-
 LIA BESELINIA, ex antiquissima BESELINORUM in hunc & faxit
 DEUS! seros usque dies superstium profapia originem ducens. Tan-
 ta Patrum gloria felix nostra Beata VIRGO fuit, sed infelicioer facta,
 quod Dn. Parentem in primâ Juventute XXXII. retrò annis Ao. 1674.
 mense Martio præmaturâ morte in hac vitâ amiserit. Hactenus Pa-
 tris locum supplevit fidelissima MATER, sed mœlestissima Vidua ELI-
 SABETHA SCHNITTLERIA, cujus quoq; Majores nonnullos omni
 nostrâ laude majores heic recensere attinet, quibus fulget honor &
 splendor Beatissimæ nostræ Virginis. Avus enim Maternæ Profapia
 fuit JOHANNES Schmitler/ magnâ existimatione famâq; Civis Ro-
 stochiensis, Sedecim Vir, & Antistes ad D Mariæ dexterrimus. Avia
 Maternæ stirpis erat ELISABETHA Gûsbiers/ Viri Amplissimi DN.
 HENRICI Gûsbiers Senatoris & Camerarii quondam Rostochiensis
 Filia. Pro-avus Maternæ JOHANNES Schmitler/ Consul
 Oppidi Langeschade & successi Gravissimus. Proavia Ma-
 ternâ laudata fuit ANNA RBES. Tantâ Virtutum serie
 nostrâ nunciamus, quæ in imaginibus intuens pia, p-
 pietatis, Probitatis & Patien-
 teratis Cultus apud optimam
 NAM. tam serius, tam ac-
 m & exemplar Pietatis
 Codicis aliorumque ad
 dua fuit, nec ab ullo
 Tanta Divinum hoc
 meditationum
 vix impleverint,
 non solum, sed dome-
 ant, notum & exploratum
 tem corporis licuit, sacra audi-
 animo insculperit, quam feliciter
 apta re, factoque expresserit. Hæ sunt
 nunquam fallentia indicia, è quibus indubie
 colligere originem nostram beatissimam in centum & decuri-
 an eorum quoniam nomine, sed re: non titulo, sed factò Christiani
 sunt, merito esse referendam. Etenim si Oves Christi dicendæ,
 quæ Vocem Ejus libenter audiunt, & audita haud segmter obediunt,
 Si Filia Dei censendæ, quæ Deum ex animo diligunt, ac ejus sermo-
 nem in intimo pectoris studiose servant, nec quis dubitare voleri, Virgi-
 nem nostram longe esse dignissimam, quæ splendidissimâ Filia Dei
 nomen.

